



Burckardus patrem habuit Conradum comitem de Vochburg, ex illustri ducum Bauarię familiā oriundum. Cum autem is liberis careret, uxor eius uotum fecerat, sepe primum filiū sacris initiaturum, ut Deo docendo & orando inserueret. Itaque filius à teneris annis literis instructus, ob fœlicem indolem preclaram eruditioinem nactus est. In primis autem pauperes amauit, atque captiuos passim suo pretio liberauit, ita ut breui ubique innocentceret. Cum autem amici instarent, ut Cæsarī aulam aliquandiu sequeretur, tandem cōfensit, & ad Conradum Cæfarem peruenit. Is breui eius uirtutes intellexit, & mirum in modum amauit. Accidit quandoque ut legatus à Cæsare Ratisbonam mitteretur. Ibi in templo orās hydropicum pauperem eleemosynam petentem conspexit. Itaque cum neminem circa se uideret, accessit, & ægrotum corpus osculatus est. unde is sanitati restitutus fuit. Deinde in Saxoniā ablegatus. Ibi duo nobiles uiri à malevolis accusati, capitis damnati fuerunt. Cum autem educerentur ut gladio ferirentur, Burckardus causa secum deliberata iudices accessit, ac petiit, ut iudicium tantisper differreretur, dum ipse quædam de ea re aperiret. Id quod etiā consecutus est.